



Crisis Theologica

In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Casnedi, Carlo Antonio

Ulyssipone, M.DCCXI

§. II. Aliqua fundamenta sententiænegantis intellectum posse ex imperio
voluntatis aßentiri opinioni minus, aut æquè probabili, stante oppositâ
æqu, aut magis probabili.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84777](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84777)

probabili; & tamen omnes isti Doctores pieno ore docent, licitum esse amplecti opinionem minus probabilem: ergo quæstio de licito usu opinionis minus, aut æquæ probabilis, præfente oppositâ, æquæ, aut magis probabili, nullatenus necessario pendet à quæstione Philosophicâ, de potestate physicâ intellectus ad assentiendum parti æquæ, aut minus probabili; etsi enim hæc potestas physica negotur intellectui, adhuc licitus erit usus opinionis benignæ; & licet tunc intellectus formare nō possit ullum directum iudicium circa objectum æquæ, aut minus probabile, poterit tamen tunc concipere iudicium reflexum certum, quod licitum sit sequi opinionem minus probabilem; quo iudicio reflexo concepto, intellectus non manet amplius dubius peccati; immo est certus de non peccato, ut rectè notavit P. Moya *tom. 2. qu. 7. n. 28.* & ante eum P. Oviedo *1. 2. tr. 5. de Conf. contr. 3. pun. 2. n. 18.* ubi postquam breviter quæsit an intellectus ex imperio voluntatis assentiri possit opinioni, quam iudicat minus probabilem, ait: Quæstio hæc ad rem moralem nihil conducit; & dat rationem; quia ut homo habeat prudens iudicium, quod objectum A sibi nunc liceat, non est necessarium iudicium, quo veritati opinionis assentiatur, sed sufficit iudicium, quo ejus probabilitati assentiatur. Hæc P. Oviedo. Id est, non est necessarium iudicium directum cadens supra veritatem opinionis minus probabilis, sed satis est iudicium reflexum cadens supra ejus probabilitatem; de quo ego infra.

Secundo probatur; quia adhuc negato, quod intellectus possit à voluntate determinari ad assensum directum, præ dissensu directo ejusdem partis, aut præ assensu directo partis oppositæ, adhuc tamen, stante æquali, immo minori probabilitate directâ opinionis pro libertate, quam opinionis pro lege, potest intellectus formare iudicium practicum reflexum, non tantum probabile, aut probabilius, sed moraliter certum de licentiâ operationis, per quod excludatur omne dubium peccati, hoc, vel alio modo. Hæc actio, aut objectum mihi licet, quia quoties est certò probabile, sive æquæ, sive minus, aliquam actionem, aut objectum non esse vitium, toties reflexè certum est ratione possessionis libertatis, & ratione legis non sufficienter intimatæ, eam actionem esse permisam; ergo tunc operabitur cum bonâ fide reflexâ honestatis, & iudicio reflexo de honestate objecti excludente omne dubium peccati. Confirmo, & simul ostendo æquivocum Anti-Probabilistarum; quia ut quis

Tom. I.

sine peccato operetur, non est necessarium iudicium directum de non peccato, sed satis est iudicium reflexum de non peccato: sed per sententiam negantem voluntati potestatem physicam in intellectum, ut assentiatur objecto minus, aut æquæ probabili, stante opposito magis, aut æquæ probabili, negatur unice iudicium directum de non peccato, stante æquali, vel maiori probabilitate objectivâ pro peccato; non autem negatur, quod tunc intellectus, stante eâ maiori, vel æquali probabilitate objectivâ pro peccato, non possit concipere iudicium reflexum certum de non peccato, tollens omne dubium peccati fundatum in hoc principio reflexo, *Non obligor ad directè probabilius, non datâ lege obligante ad directè probabilius:* ergo sententia Philosophica affirmativa non est necessaria, immo supposita ut verâ sententiâ negativâ, adhuc evidenter solvitur difficultas Theologica.

Quia tamen, ut dixi paulò antè, quæstio Philosophica utilissima est ad dirimendam difficultatem Theologicam, immo necessaria est, ut Adversarij contra nos nullatenus non possint, dum tamquam certam supponunt sententiam negantem intellectui potentiam physicam, ut ex imperio voluntatis opinioni æquæ, aut minus probabili, stante oppositâ æquæ, aut magis probabili, assentiatur, ideo quæstionem Philosophicam ad examen vocare opere pretium duxi.

§. III.

Aliqua fundamenta sententia negantis intellectum posse ex imperio voluntatis assentiri opinioni minus, aut æquæ probabili, stante oppositâ æquæ, aut magis probabili.

S U M M A R I U M.

- DD. negantes, n. 238.*
Contradictio M. Merc. quod intellectus possit, & non possit assentiri probabiliori, stante oppositâ minus probabili, n. 239.
Contradictio M. Baro, quod intellectus possit, & non possit assentiri æquæ probabili, n. 240.
Contradictio Candidi, quod liceat, & non liceat sequi æquæ probabilem, n. 241.
Candidus ait ex S. Thom. in ijs, quæ ad mores non spectant, nos posse sequi utrumque, num. 242.
P. Eliz. ait, impossibile, ut intellectus assentiatur minus probabili, n. 243.
Adversariorum principium, quia opinari non est nobis liberum, n. 244.
Quia ex Aristot. phantasia, & opinio non sunt idem, n. 245.

Dd iij

Quia

Quia verum, & falsum non pendet à libertate, & uno tantum modo se habet, n. 246.

Quia ait Candidus: Opinari tantum est liberum quoad exercitium, non quoad specificationem; immò ait, voluntatem non esse liberam inter bona equalia, ibid.

Quia opinari unice pendet ab objecto, num. 247. 248.

Quia si utrumque motivum est aequale, neutrum satis movet, n. 249.

Vititur paritate statera, n. 250.

Et pictoris, n. 251.

Quia intellectus sequeretur motionem voluntatis, non motivi, n. 252.

Quia ad sortem eligeret verum, n. 253.

Quia intellectus in dubio, sine aliâ ratione tollente dubium, opinari posset, quod est contra omnes, n. 254.

Vititur paritate duplicis æquæ trahentis; idem enim est, ac nullum trahens, n. 255.

Quia possemus licite dicere bonum, malum, & malum, bonum; & utitur paritate viri æquæ fidelis, ac infidelis, qui non potest movere ad fidem, n. 256.

Quia minus probabiliter bonum est magis probabiliter malum, n. 257.

Quia opinans minus probabile, sequitur magis falsum, quam verum, n. 258.

Quia possumus imaginari pro libito, non autem opinari, n. 259.

N. **S** Tant pro sententiâ negante P. Layman 238. *lib. 1. tr. 1. cap. 5. §. 2. n. 5. P. Perez tr. 1. de Just. d. 4. cap. 3. n. 41. & cap. 5. n. 104. P. Thyrsus diss. 3. cap. 2. a n. 11. qui citat P. Suar. 1. 2. d. 10. sect. 1. dicentem: Mihi probabile est non posse voluntatem movere nisi in illud, quod verosimilius, & probabilius apparet; quamvis affectio voluntatis plurimum conferre possit, ut ipsum objectum probabilius, & verosimilius appareat. C. Pallavic. d. 8. de Act. hum. qu. 6. art. 4. P. P. Bress. Bressierus de Conf. lib. 3. cap. 2. Palanco qu. 26. per totam, M. Mercor. qui 2. p. art. 3. vult intellectum cognoscentem utramque partem contradictionis esse æquæ probabilem, non posse alterutram pro libito opinari; immò 2. p. art. 17. ait, intellectum non posse assentiri parti probabiliori, concurrente minus probabili; in quo D. Thomæ, & omnibus Theologis, immò sibi ipsi contradicit; tum quia idem M. Mercor. 2. p. art. 16. pag. 114. §. nota 2. affirmat posse intellectum sequi speculative partem minus probabilem; ergo multo magis æquæ, aut magis probabilem; tum quia 2. p. art. 24. ait, Paganum, cui si sententia negans licitum sequi Hebræorum fidem proponatur ut pro-*

C. Palla. *P. Bress. Bressierus de Conf. lib. 3. cap. 2. Palanco qu. 26. per totam, M. Mercor. qui 2. p. art. 3. vult intellectum cognoscentem utramque partem contradictionis esse æquæ probabilem, non posse alterutram pro libito opinari; immò 2. p. art. 17. ait, intellectum non posse assentiri parti probabiliori, concurrente minus probabili; in quo D. Thomæ, & omnibus Theologis, immò sibi ipsi contradicit; tum quia idem M. Mercor. 2. p. art. 16. pag. 114. §. nota 2. affirmat posse intellectum sequi speculative partem minus probabilem; ergo multo magis æquæ, aut magis probabilem; tum quia 2. p. art. 24. ait, Paganum, cui si sententia negans licitum sequi Hebræorum fidem proponatur ut pro-*

N. 239. *lib. 1. tr. 1. cap. 5. §. 2. n. 5. P. Perez tr. 1. de Just. d. 4. cap. 3. n. 41. & cap. 5. n. 104. P. Thyrsus diss. 3. cap. 2. a n. 11. qui citat P. Suar. 1. 2. d. 10. sect. 1. dicentem: Mihi probabile est non posse voluntatem movere nisi in illud, quod verosimilius, & probabilius apparet; quamvis affectio voluntatis plurimum conferre possit, ut ipsum objectum probabilius, & verosimilius appareat. C. Pallavic. d. 8. de Act. hum. qu. 6. art. 4. P. P. Bress. Bressierus de Conf. lib. 3. cap. 2. Palanco qu. 26. per totam, M. Mercor. qui 2. p. art. 3. vult intellectum cognoscentem utramque partem contradictionis esse æquæ probabilem, non posse alterutram pro libito opinari; immò 2. p. art. 17. ait, intellectum non posse assentiri parti probabiliori, concurrente minus probabili; in quo D. Thomæ, & omnibus Theologis, immò sibi ipsi contradicit; tum quia idem M. Mercor. 2. p. art. 16. pag. 114. §. nota 2. affirmat posse intellectum sequi speculative partem minus probabilem; ergo multo magis æquæ, aut magis probabilem; tum quia 2. p. art. 24. ait, Paganum, cui si sententia negans licitum sequi Hebræorum fidem proponatur ut pro-*

babilior, sententia autē affirmans proponatur ut probabilis, teneri adherere probabiliori: ergo ex M. Mercoro intellectus potest assentiri parti probabiliori, concurrente minus probabili. M. Baro d. 2. sect. 2. art. 2. §. 6. & 7. etto sibi contradicat, nam defendit M. Far. intellectum debere assentiri parti magis tutæ minus probabili; immò defendit, quod si utraque opinio flet pro officio, & pro honesto, & sit æquæ probabilis, quod possit assentiri, cui maluerit.

Philalactus qu. 4. pag. mihi 60. ubi ait, intellectum non posse præbere assensum probabilem, quando habet in contrarium æqualia, vel fortiora motiva: ergo intellectus in opinando hoc præ illo non pendet à voluntate, sed à motivis, & necessariò agit: ergo non potest assentiri, instantibus motivis æqualibus, quia sic non esset ratio, cur assentiretur uni parti contradictionis, quam alteri, & sic deberet assentiri utrique, quod implicat. Hæc Philal. Idem repetit eâ quæst. 4. pag. 69. & 70. dicens: Nec potest physice intellectus assentiri potius uni, quam alteri, quia est æquæ probabilis, ut supponit ratio de illicito, ac de licito; & pag. 169. ait, intellectum non posse assentiri in æquæ probabilibus, quia quantum unum movet, ut dicat licere, tantum oppositum destruit movendo ad non licere, ut patet in duobus æquæ moventibus in oppositam partem; & pag. 125. & 126. qu. 6. ait, intellectum manere suspensum, quoties motiva sunt æqualia. Sed Philalactus quoque sibi contradicit; nam qu. 6. pag. mihi 131. ait, duarum opinionum oppositarum æquæ probabilium non licere utramque sequi, nisi utraque aliunde sit tuta: ergo (infero ego) si utraque sit tuta, licebit sequi quam maluerit ex æquæ probabilibus: ergo poterit intellectus inter æquæ probabilia æquæ tuta determinari à voluntate; adeoque opinari hoc, vel illo modo erit nobis liberum, quod tamen fuisse Philal. qu. 2. à pag. 18. negat.

Rursum sibi contradicit, quia qu. 6. pag. 132. citat S. Thomam opusc. 3. dicentem, in alijs, quæ ad mores non pertinent, utrumque nos posse sequi, & defendere, non tamen in illis, quæ ad mores pertinent, seu in quibus est peccandi periculum: ergo (infero ego) quod intellectus poterit physice sequi partem, quam voluerit, in rebus, quæ ad mores non pertinent; immò physice poterit etiam in rebus, quæ ad mores pertinent, etsi hoc licite non poterit, nisi textus explicetur, ut à nobis explicatur. Hinc est quod P. Moya tom. 2. qu. 7. dixit Candidum sentire cum sententiâ affirmante, & citat ejus Philal. paginas

paginas 51. 60. 61. 78. Verum, ut dixi, stat potius pro negativa, ex locis à me citatis; licet, quia libi contradicit, citari etiam possit pro affirmativa. P. Eliz. lib. 2. qu. 2. & in Append. qu. 2. consueque progressus est, ut lib. 2. qu. 7. dixerit, quod sententia negans posse intellectum assentiri parti æquæ, aut minus probabili sit omnium Doctorum de Societate, uno excepto P. Valentia, in quo tamen non modicè deceptus est, cum potius affirmativa sit ferè omnium Doctorum: immo hoc non contentus in sua Appendice de Naturâ opinionis, quæ jacet post lib. 4. ait qu. 2. impossibile esse, ut intellectus assentiat æquæ, aut minus probabili; & §. 2. ex Antiquis citat Maiorem, Richardum, Henricum, Sylvestrum, dicens esse communissimam inter Antiquos; & ex Modernis citat Emin. Pallav. Philal. P. Less. P. Comit. P. Suar. P. Vafq. concludens, huic sententiæ, postquam tractari cœpit (ecce si tractari cœpit, ergo ab Antiquis tractata non fuit) subseribere multos RR. in Hispaniâ, & Italiâ.

N. Antequam adversa argumenta producam, consultum duxi examinare principium, cui pleraque nituntur. Principium autem est, quod opinari non est nobis liberum; hoc autem latissimè suadetur à Philaleto qu. 2. à pag. 18.

N. Primò ex Arist. lib. 2. de Animâ textu 153. dicente, *Non est eadem phantasia, & opinatio; ea quidem passio in nobis est, cum volumus; licet namque, cum libet, fingere, quidquid volumus; opinari autem non in nobis est; necesse enim est falsum, aut verum dicere*: ergo non est liberum nobis opinari. Consequentia probatur; quia, ut ait Philal. ad finem libri in Corollarijs pag. 167. verum, & falsum se habet uno tantum modo, & independentè omnino à nostrâ libertate; nam pendet à rebus, quæ uno tantum modo se habent; & rem hoc modo se habere non pendet à nostrâ libertate; sed anima per opinionem dicit verum, aut falsum: ergo habere opinionem non est in nostrâ manu. Hinc pag. 18. dicit, quod opinari est tantum liberum nobis quoad exercitium actus, quatenus potest voluntas suspendere omnem assensum, & dissensum; non quoad specificationem, quatenus dato quod intellectus circa aliquod objectum judicare velit, non potest pro libito ei assentiri, vel dissentiri, sed necessitatur ab objecto ad assensum, vel dissensum. Prima pars (inquit) constat experientiâ. Secundam probat ex Commentatore dicente: Imaginatio est nobis libera; existimatio autem non est voluntaria; non enim pendet à voluntate, sed ab objecto, quod sit vera, vel

falsa. Addit Themistium, Philoponum, Simplicium, immo S. Thomam 1. 2. qu. 13. art. 6. ad 3. negantem, electionem alterius ex duobus æquè moventibus, nisi in alterutro consideretur aliquid in quo emineat; si autem S. Doctor hoc negat voluntati, quanto magis intellectui æquilibri, aut minus probabili, negabit libertatem specificationis in opinando; quia intellectus ab objecto, & motivis magis determinatur, quam voluntas. Rursus addit ex S. Thom. 2. 2. qu. 1. art. 4. ad 2. quod ea, quæ subsunt fidei, sub ratione credibilis sunt visâ credenti; non enim crederet, nisi videret esse credendum: sed quæ sunt visâ, necessitant ad specificationem; ergo, ut movent intellectum ad credendum, aut non credendum, quoad specificationem; non autem quoad exercitium, necessitant intellectum; qui enim videt esse credendum, quomodo liber est secundum specificationem ad non credendum? Demum citat Maiorem in 4. qu. 2. Prol. Richardum de Mediâ Villâ in 2. dist. 38. art. 2. qu. 4. dicentem: Intellectus respectu sui iudicii, aut habet rationem necessariam, aut probabilem, aut non plus habet de probabilitate pro unâ parte, quam pro aliâ: si primo modo, necessario assentitur; si secundo, de necessitate opinatur hoc esse eligendum; si tertio, de necessitate non plus opinatur unam partem, quam aliam: Henricum quodlib. 14. qu. 8. Conradum de contractibus qu. 10. Cordubam lib. 2. Questionarij qu. 3. Holcot in 1. C. Toletum in Sum. cap. 20. P. Comitolium lib. 5. in Responsis moralibus qu. 16. n. 2.

Secundò probat Philal. pag. 23. quia quod in agendo pendet tantum à movente necessario, necessario agit: sed in assensu, vel dissensu opinativo, ut sit verus, aut falsus, intellectus pendet tantum à movente necessario, seu ab objecto, cui ut sit verus debet conformari, ut sit falsus, difformari: ergo in assensu, vel dissensu opinativo, ut sit verus, vel falsus, intellectus necessario agit: ergo sicut imaginari est liberum, quia pendet ab arbitrio; ita opinari non est liberum, quia pendet totaliter ab objecto. Confirmat 1. quia necesse est, ut intellectus per opinionem dicat verum, aut falsum; sed ut dicat verum, vel falsum, non est liber; ergo in opinando non est liber. Maior est certa; quia omnis opinio est vera, vel falsa. Minorem probat; quia intellectus, ut dicat verum, vel falsum, habet causam necessariam, nempe esse, aut non esse rei, seu objecti; nam ideo tantum opinio est vera, aut falsa, quia res est, aut non est: ergo non est liber.

Confir-

Them.
Philop.
Simplic.

S. Th.

Maior.
Richard.

Henric.
Conrad.
Cordu.
C. Tolet.
P. Com.
Philal.

N.
247.

Confirmat 2. quia si volo imaginari verum, ex. gr. Socratem, non habeo ullam libertatem imaginandi ut volo, sed ut est: ergo cum opinor, cum semper intendam opinari verum, non sum liber opinari ut volo.

N. 248. Tertiò probat; quia opinari est adhærere uni parti contradictionis cum formidine oppositæ; sed hoc non est liberum quoad specificationem; ergo Minor probatur; quia assensus intellectus quoad specificationem causatur tantum à motivis, seu argumentis rei, cui conformari debet; sed hæc causant independentem à libertate; ergo &c. Confirmat 1. quia quilibet opinatur, ut res intellectui ipsius videtur vera, vel falsa; sed videri veram, vel falsam non pendet à nostrâ libertate, sed à motivis, quæ movent independentem à libertate; ergo &c. Confirmat 2. Ut enim statere non est liberum inclinare in hanc præ illâ parte, sed à solo pondere necessario inclinatur; ita intellectus à solis motivis, vel autoritate, cum sit ad modum Judicis, cujus judicium nullo modo pendet à libertate, ut sit justum, sed tantum à motivis. Confirmat 3. quia judicium intellectus præcedit voluntatis imperium, nam dirigit voluntatem, & omnis actus prudentiæ præcedit voluntatis imperium; ergo ei non subordinatur.

N. 249. Quartò probat argumento, quo plerique utuntur; quia motiva probabilia, vel æquæ movent intellectum in utramque partem contradictionis, vel non æquæ, sed magis in unam, quam in aliam? Si primum, intellectus à neutris movetur sufficienter ad opinandum, quia non habet motiva sufficientia, ut judicet verâ magis unam præ alia parte; si enim pro libito voluntatis judicet veram hanc præ illâ, (utramque enim contradictoriam non potest judicare veram) non putat se verum dicere, & tunc non opinatur, sed fingit; si ergo vult verum dicere, & conformare suum judicium objecto, tunc necessario dubitat. Si secundum, tunc non potest judicare veram alteram, quia intellectus non minus necessario, & independentem à libertate movetur in maximâ inclinatione, quæ est totalis, & absoluta, qualis est scientiæ, quam moveatur in minori inclinatione, qualis est opinionis; quia causa movens est pondus rationis, vel autoritatis, quæ non minus necessario independentem à voluntate movet ad assensum minus firmum, quia minus movet, quam quæ maximè ad assensum firmissimum; ergo si in hoc non potest inclinari in contrarium, neque in illâ: ergo non est liberum opinari.

N. 250. Confirmat 1. paritate statere, quæ neces-

sariò movetur tam à maiori, quam à minori ponderum inclinatione; à maiori ad maiorem; à minori ad minorem: si autem intellectus in iudicando inclinaretur à voluntate, fingeret, non opinaretur; sicut si statera pauper moveretur à manu, non ponderaret res, ut sunt. Confirmat 2. paritate pictoris, nam intellectus in intelligendo est veluti pictor; ut enim pictor aliquando fingit, & tunc nec verum, nec falsum dicit, quia fingit ut libet; aliquando exprimit, seu, ut vulgo dicitur, retrahit, & tunc exemplar semper dicitur verum, vel falsum, juxta prototypum, cui conformatur, aut difformatur; & in hoc secundo casu non est liber, sed debet sequi prototypum; quod si non sequatur, fingit: ita intellectus in iudicando de re per scientiam, aut opinionem, est pictor in retrahendo, quia exprimit enuntiendo, quod est in re, & non ad libitum, & dicit semper verum, si conformetur rei, vel falsum, si difformetur; ergo non est liber, sed debet omnino sequi rem. Confirmat 3. Intellectus sequens in componendo motivum voluntatis, non objecti, non judicat, sed fingit; sed quoties sequitur debiliorem partem moventem, omnia solidiori, sequitur motivum voluntatis, non objecti; ergo non judicat, sed fingit. Maior patet: minor probatur; quia quoties res in contrarias partes movetur, in eam simpliciter movetur, in quam impellit fortius motivum: ergo si intellectus movetur in motivum debilius, non sequitur motionem motivi, sed voluntatis; ergo fingit ad libitum, non judicat.

Quintò probat: quia si liberum est opinari, maximè quando motiva contraria sunt æquæ probabilia, sed tunc non est liberum opinari; tum quia quoties utrumque est æquale, & alterutrum eligitur, non dicimus ex opinione, sed ad sortem eligere alterutrum; ut patet exemplo duplicis palcæ exterius æqualis è digitis educendæ; tum quia si quis in bivio stans roget de viâ, quâ sibi eundum est, & à duplici æqualis autoritatis viro audiat oppositum, ridiculum est dicere, hunc posse ex hoc præcisè opinari, vel credere uni plus, quam alteri, nam non potest, nisi dubitare; ergo &c. Confirmat: quia si liberum esset opinari, posset quis in dubio sine aliâ ratione tollente dubium opinari, & sequi in praxi, quod libuerit; consequens est contra omnes T. T. apud P. Sanch. lib. 1. Sum. cap. 10. ergo, &c. Minor probatur: quia quoties utraque contradictoria est probabilis, liberum per nos est sequi utramque; sed hoc est in dubio opinari quodlibet sine ullâ ratione tollente dubium; ergo &c. Minor

N. Minor probatur; quia duæ rationes moven-
 tes in oppositum, non plus movent, quam
 255 si nulla moveret, ut patet in duplici æquæ
 movente idem pondus in contrarium: ergo
 tam est opinari tunc unam partem, ut libet,
 in dubio sine ulla ratione tollente dubium,
 quam in eo dubio, in quo nulla est ratio.
 Hinc constat multo minus esse liberum opi-
 nari partem, quæ minus movet, nam hæc
 non movet præterea fortiori, ut patet in du-
 plici agente, quorum debilius non trahit,
 fortiori trahente.

N. Sexto probat; quia si liberum esset opina-
 256 ri, possemus licite dicere bonum malum, &
 malum bonum, quia malum est, quod non
 est ex fide; sed quod non est ex fide, pos-
 sem per voluntatem licite facere, ut esset de
 fide, quia illud non est ex fide, quod omni-
 bus pensatis non facit fidem sui, quod sit bo-
 num, sed hoc per voluntatem facere pos-
 sem licite, ut esset de fide; ergo &c. Maior
 probatur: Ut enim ille homo non dicitur fi-
 delis, seu talis, qui mereatur fidem, qui ha-
 bet potius argumenta probantia eum esse in-
 fidelem, quam fidelem; ita illud objectum
 non est tale, quod mereatur fidem, quod
 habet potius motiva facientia fidem, quod
 sit malum, quam quod sit bonum. Minor
 probatur: Illud, quod est minus probabi-
 257 le esse bonum, & est magis probabile esse
 malum, habet plura argumenta facientia fi-
 dem, quod sit malum, quam bonum: sed ta-
 le objectum opinari possem, quod esset bo-
 num, adeoque dicere, quod esset ex fide; er-
 go &c. Idem valet de æquæ probabili, quod
 sit malum, ac quod sit bonum; ergo num-
 quam liberum est opinari. Confirmat 1.
 quia vel intellectus pensat omni ratione,
 & autoritate assentitur alterutri parti, vel
 neutri, vel utrique? Si primum; ergo non
 potest assentiri oppositæ, quia judicaret
 etiam veram oppositam, implicat autem ju-
 dicare utramque veram. Si secundum, tunc
 non opinatur, sed dubitat; qui enim nulli
 parti assentitur, dubitat. Si tertium, contra
 est; quia non potest judicare veram utram-
 que partem. Confirmat 2. quia opinans mi-
 nus probabile sequitur magis falsum, quam
 verum.

Septimo probat, quia sicut utraque pars
 contradictionis non potest esse vera per di-
 versa media, ita nec utrique per diversa me-
 dia assentiri. Hinc concludit pag. 36. cur
 imaginari possumus, quando volumus, non
 autem opinari, quando volumus, ut dixit
 Philal. Aristoteles; quia imaginari, (ait Candidus)
 N. est fingere pro libito voluntatis; opinari au-
 259 tem est examinare, & sequi momenta ratio-

nis, à quibus intellectus determinatur ad
 hanc, aut illam opinionem, ita ut non sit in
 mea voluntatis arbitrio.

§. III.

*Solvuntur argumenta Candidi Philaleti negan-
 tis intellectui libertatem opinandi.*

S U M M A R I U M.

Omnia ab eo solvenda, n. 260.

*Paritas Fidelis, qui stantibus fidei motivis, po-
 test dissentiri articulo vero, immò assentiri fal-
 so, convincit oppositum, n. 261.*

*Quid libertas exercitij, quid specificationis? n.
 263.*

*Intellectus non potest simul, potest tamen divisim,
 assentiri æquæ, immò minus probabili, n.
 264.*

*Aristot. unicè vult, quod ut quis imaginetur,
 non egeat motivo, egeat ut opinetur, n. 265.*

*Verum, & falsum formaliter non pendet à vo-
 luntate, pendet efficienter, n. 266.*

*S. Thom. negat tantum libertatem præcigen-
 di, quando motiva sunt æquæ bona; & unicè
 negat, quod Fidelis sit liber in ordine ad judi-
 cium credibilitatis, & credenditatis, & acu-
 tē locutus est, n. 267. 268.*

Exponitur libertas fidei, n. 269.

Defenditur Scotus, n. 270.

*Veritas formalis non pendet ab intellectu, sed à
 solo objecto; opinari autem efficienter hunc præ
 eo actu, pendet ab intellectu, ut subiecto vo-
 luntati: Explicatur, n. 171. 172.*

*Intellectus etiam dum opinatur falsum, elicit
 actum sub ratione veri, n. 273.*

*Expono axioma, Nemo intendens ad malum
 operatur, ibid.*

*Ut sententia judicis sit formaliter justa, non pen-
 det à libertate, pendet tamen electio sententia
 favorabilis, præ non favorabili, n. 275.*

*Cur intellectus opinando hoc præ illo, nec fingat,
 nec dubitet, n. 276.*

*Intellectus non necessitatur à probabiliori, num.
 277.*

Paritas statere nobis favet, n. 278.

Intellectus tendit semper sub ratione veri, n. 279.

*Exemplum palearum, & bivij, non est ad rem,
 n. 280.*

Opinans non est dubius, 281.

*Paritas duplicis agentis, & ponderis, stat pro
 nobis, n. 282.*

*Potest voluntas præsentē gravi ratione facere, ut,
 quod non erat, sit ex bonâ fide, n. 283.*

*Exemplum hominis æquæ fidelis, ac infidelis non
 est ad rem, n. 284.*

*Fateor, quod opinans minus probabile, sequatur,
 quod apparet minus verum, n. 286.*

*Licet duo contradictoria non possint esse in re
 vera,*